Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26468
Copyright: Admont, Benediktinerstift



27

ubi erunt illi qui salui non erunt. & ideo audient.
Discedite a me maledicti in ignem eternum. Nemo quippe
a illo igne saluabitur. quia in supplicium eternum illi
omnes ibunt. ubi uermis eorum non morietur. & ignis
eorum extinguetur. Qd purgatorium ignem non ultimum illud iudicium si ante ipsum iudicium animae perferant mortuorum. xvi.

De penis purgatoriis qd ante illud ultimum iudicium fiant. scs augustinus definitam ponens sententiam ait. Nos quidem in hac mortali uita esse quasdam penas purgatorias confitemur temporales penas. Alii in hac tantum uita alii post mortem. alii & nunc & tunc. Ueruntamen ante iudicium illud seuerissimum nouissimumque pacuum. Non autem omnes uenium in sempiternas penas. quae post illud iudicium sunt futuae. qui post mortem sustinent temporalem. Nam quibdam qd in isto non remittitur: remittitur in futuro seculo. idem ne futuri seculi eterno supplicio puniant. Unde & post aliqua ide doctor. quisquis igitur penas cupit euadere sempiternas. non solum baptizetur uerum etiam iustificet in xpo. ac sic uere transeat de acorr. adi abolo ad xpm. Purgatorias autem penas nullus futuras opinetur. nisi ante illud ultimum